

colligere liceat sapientibus.

Aphorismus xxv.

Solventibus sulphureis sive oleosis & combustilibus nulla est cū metallis & lapidibus convenientia; etiamsi quidam chemicorum in spiritu terebinthinæ, aut aliis oleis stillatitiis, modo non minùs ridiculo, quàm à principiis veræ artis alieno, hæc & solvere, & tincturis suis exsuere posse splendide gloriantur.

Aphorismus xxvi.

Aqua vitæ rectificata, & ab omni aquositate liberata, quam spiritum vini vulgò vocant, est liquor sulphureus, multùm subtilis, diaphanus, naturæq; cœlestis inter omnia alia sulphura. Is utut possit substantias lignosas atque resinosas dissolvere: sal tamen & saccharum sunt
ejus